

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Quinam periculorum contemptores vituperandi sint, vel laudandi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Cap. XXI Sept. morb. caussa, pīculis se exponentiū temeritas. 205
fit, quod lapis cadens pileum de capite eius abstruderit, ipso illā-
so. Trajecti irruentes in se leones, ad quos vltro intrauit,
in fugam conjectit. Aliquando, per jugum montis præalti equi-
tans, territo equo, propè in subjectam vallem præcipitatus, ipse
nesciit, cuius manu fuerit sustentatus. Nondum finij, eiusmodi
72, casus illi accederunt, quos idem Author summatim recenset,
ego breuitatis studio, lectorem ad illum remitto. Mihi enumera-
ti sufficiunt, ad ostendenda pericula, quibus vel ipse se objecit
Imperator, vel quæ se Imperatori objecerunt.

Ex his omnibus illud doceri potest, culpam non Numini,
sed Imperatori fuisse dandam, si quid incommodi illi accidisset.
Qui amat periculum, in illo peribit, vel dignus certè est perire. Eccles. 3. 29.
Nemo se tutus

Periculis offerre tam crebro potest,
Quem saepe transit casus, aliquando inuenit.

VIII.

*Senec. in
Mercule
furente,*

Et cito inuenitur periculum, cùm contemnitur. Itaque vitan-
da, non amanda sunt pericula, quando nulla vel fidei Christianæ
profitendæ, vel patriæ defendendæ, vel alterius emolumenti ne-
cessitas id suadet. Quamquam multi, sine his caussis, se se discri-
mini saepe obijciunt, quos curiositas dicit, aut allicit voluptas,
vel certè exigua inuitat utilitas. Sed quæ summa Dæi bonitas
est, ita sinit nonnumquam etiam istos homines periclitari, vt
eis quoque ipsis velit auxiliari, ostendit enim & potentiam, &
prudentiam suam, qua mortales tuerit, & allicit ad opem di-
uinam, in necessitatibus implorandam. Quod tamen in Sanctis
potissimum facit, qui amore illius, mille se periculis ipsos obij-
ciunt. Iam incipiebat mergi Petrus, super aquas ambulans, cla-
mavit dicens: *Domine, saluum me fac.* Et continuo Iesu extendens
manum, apprehendit eum. Bono zelo, & non, nisi potestate ob-
tentia, se congecerat in mare Apostolus, sed cùm animo tituba-
ret, & cui se discrimini credidisset, humanis rationibus exami-
nare inciperet, cœpit mergi. Inde excitatus ad sacram ancoram,
ad Salvatorem Iesum confugit, & erectus est. Hac spe etiam se
sustentauit Paulus, & ad Corinthios scriptit: *Non enim volumus* 2. Cor. 1. 2.
vos ignorare, fratres, de tribulatione nostra, que facta est in Asia,
quoniam supra modum granati sumus, supra virtutem, ita ut taderet

*Matth. 14.
30.*

206 Cap. XXI. Sept. morb. causa. periculis exponentia temeritatem
nos etiam vivere. Sed ipsi, in nobis metipis responsum mortis habuimus
ut non simus fidentes in nobis, sed in DEO, qui suscitat mortuos: qui
de tanti periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus, quoniam

v. Cor. 15, 30.

& adhuc eripiet, adiuvantibus & vobis in oratione pro nobis. Hac fi-
ducia & spe insuper retributionis armatus alibi dixit: *Vt quid
nos periclitamur omni hora? quotidie morior, seu mortis periculis,
pro Euangelio & Gentium conuersione, me expono. Qualibus
periculis & supra iam attigi, & ipse recensuit. Ter virgis casus sum,
semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo ma-
ris fui: in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, peri-
culis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in cimitate, periculis in
solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, &c. Et ex
his omnibus eripuit eum Dominus. Magaa hinc fiducia Sanctis
accedit, ut non timeant, si vel mille aduersus eos castra consur-
gant. Quid ni pugnet pro eis Deus, si ipsi pro Deo pugnant?*

IX.

Quæ fiducia tanto fit austior, quanto quisque dignior est,
ut ei succurratur. Si enim non meritis, si non Christi, sed mundi
causa, si causa curiositatis, vel oblationis, pericula adeuntur.
adest Deus tam frequenter, ut in periculis protegat, cur non
adest seruis suis? Mirati sunt autem dudum plures, in valde
anticipi casu, Deum mortalibus, omnia alia, quam Dei negotia
agentibus adesse. Sed animaduerterunt nonnulli Scriptores,
principi Reges, Principes, magnosque viros, in presentissimis
periculis, & insidijs, Deum custodem habere singularem. Quod
et si exemplo Maximiliani II. Imperatoris, paulò prius docuimus,
libet tamen etiam pauca alia addere. De Tito Vespasiani filio,
evidenter se periculo exponente, cum, ante obsidionem urbis
Hierosolymitanæ, statim ciuitatis exploraret, refert Iosephus,
cum in insidias Iudeorum incidisse, additque: *Quo quidem tem-
pore maxime intelligi potuit, & bellum momenta, & Imperatorum peri-
cula Deum currare. Tot enim aduersus Titum misericibus jactis, cum
neq; galea, neq; thorace septus esset (non bellator enim, sed explorator
accesserat) nullum in eius corpus delatum est; sed tamquam, ne cum-
ferirent, ex industria mitterentur, omnia præterulabant; gladio vero
semper è lateribus instantes dirimens, multosq; ante ora subnertens,
super cadentes agebat equum. Illoque autem clamor erat, propter
audaciam*

**Ioseph. de
bello Iudaico, 6. c. 2.**